HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 31r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Quod ad legitimum spatium noscitur pertinere. Nam
spatium semitonij est minus integra spatij me-
diatate toni. Quia duarum partium toni in equa-
lium minorem partem obtinet semitonium. Eorum
ergo que in descriptione semitonij contenta sunt
secundum eam que in toni descriptione consistit
omnis sumitur ratio preter spatij rationem quia
pars suo toto toto nullatenus equari potest. Idcirco ex
partium descriptionis toni declaratione partium descri-
ptionis semitonij sumimus declarationem. Et ideo
dicitur semitonium non asemi quod est medium
quia istud est impossibile sed asemi quod est imperfectum
vel incompletum. vel non integrum et tonus
quasi imperfectus vel incompletus seu non integer tonus
Et ideo sicut tonus perfecte complete et integre pronuntiatur
Ita semitonium quod duarum partium toni minor pars est
imperfecte incomplete et non integre pronuntiari debet quod
manifeste in intelligentium prolatione et monocordo
patet ubi semitonij voces sese coniungunt. Talium autem sono-
rum coniunctio semitonium componentium in latina manu
invenitur a primo ♮ in c. a primo e. in f. a secundo ♮ in c. et eam que in gre-
ca manu dicuntur. abhipatehipaton in paripatehipaton.
abhipatemesoon in paripatemesoon. aparamese in tritedieze-
umenon. ut supra in manu greca patet. Que voces